

habuerit; set si lectulum non (*sic*) habuerit et mataracium in naui posuerit, ex ipso soluat naulum patrono.

Nullus autem mercator uel marinarius ligna portet nisi quanta ei sufficiant usque locum quo iturus erit; ita quod totum lignum quod ei superfuerit sit patronum nauis.

De preparatione nauium dicimus sic firmum seruari ut in alia ordinatione sancitum (1) est.

De mercimoniis que garbellantur ordinamus quod si mercator iterum voluerit remittere puluerem extractum in sacco, quod ipse puluis super cantariis mercatoris computetur.

Naues quoque que de frumento caricabuntur, uel vino aut oleo, seu carnibus uel caseo, siue de quibuslibet aliis victualibus, habeant potestatem ex istis victualibus ponendi inter duo cohoperta, dummodo caricate non sint ultra quod superius dictum est.

Predicta uero ordinamenta dari et constitui volumus vniuersis nauibus que mercatoribus naulizabuntur; si autem naui aliqua naulizata fuerit peregrinis, sic quod persoluant duas partes nauli nauis, tunc liceat patronibus in suis nauibus faciendi camerellas.

Actum est die d.:.od:c : xxxx xxxxxntr.nt: marc : xxxx. Indictione qxxxxxt.dxxxxc : mx. (2). In concione publica.

(*Liber communis o plegiorum*, carte 105).

---

(1) Nell' orig. *sanctitum*.

(2) Forme criptografiche per: «duodecimo intrante marcio, Indictione quinta decima».